



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Quod anno Romanæ Millesimo, Philippus primus Christianus Imperator  
cum filio Philippo regnauerit. Et de Iudis triduanis in campo Martio. Ode  
Dicilos Tetrastrophos metrum Sapphicum,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](#)

Vi incunda canat plebs tibi cantica,  
 Quæ spem subsidij certa gerit tui,  
 Donis supplicibus concilians sibi  
 Olim nota tuae munera gratia.  
 Regum corda regas, clarifica duces,  
 Primates doceas iustitiam sequi,  
 Pacem des populo, dirige præfules,  
 Firmes Ecclesiam, schismata dirue,  
 Indulge precibus, criminis dilue,  
 Languentes releua, solue pericula,  
 Annonas tribue, pelle nocentia,  
 Laudemus dominum te duce perpetim.

Quod anno Romanæ urbis Millesimo, Philippus primus  
 Christianus Imperator cum filio Philippo regnaue-  
 rit. Et de ludis triduanis in campo Martio.

**ODE DICOLOS TETRASTROPHOS**  
metrum Sapphicum,

Jam satis terris, ratione verbi,  
 Quia Deus dignans habitare terris,  
 Corporis nostri sibi membra iunxit,  
 Virgine matre,  
 Grandinis dura pater ille misit,  
 Cuius excedens pectora percenni  
 Perstat Aeneis glacies ruinis  
 Irresoluta.  
 Dexteram cælo validus rubentem  
 Exulit, cornu crucis explicatam,  
 Et micans hasta bene fulgurante  
 Perculit orbem.

Terruit

Terruit gentes, graue ne periret  
Sæculum, Paulus noua iura monstrarans,  
Creditum Petrus pecus egit agnos,

*Crdua pascit.*

Credulum ligno genus inde pisces  
Haeserat diuæ requies columbae,  
Et sacris lymphis animæ natare,

*Purificandæ.*

Tempus annum millesimum rotabat,  
Roma quo se cana caput coronat,  
Læta plenum conditionis æuum

*Percelebrando.*

Verticem regina Deo superbum  
Fronte matura reuerenda flexit,  
Principis cedente domo Philippi

*Subiuga Christi.*

Nec tamen liquere manus heriles  
Regios gestus habitus prioris,  
Curia flos officiosa membra

*Comperat aule.*

## CAPL.

**E**Xit in pompam gradus omnis urbis,  
Consules & patricij, senatus,  
Militaris ordo, tribunus & plebs,

*Verna satelles,*

Circulatores, pugiles, equestræ,  
Curruum certamen, agon, palestræ,  
Belluarum pugna, genus ferarum

*Vndique rarum.*

Terna lux & nox podium tenebat,  
Peruigil cætus .... immemor fit,

HEN<sup>C</sup>AN<sup>S</sup>  
S<sup>I</sup>I<sup>J</sup>  
tom<sup>s</sup> viii  
S<sup>I</sup>V<sup>V</sup>  
24

Multa ludorum nouitas stuporem  
Mentibus infert.

Et nec auditu satiatur auris,  
Parua nec pupilla repletur vnguam  
Visibus, nec mens agilis nouorum

Tedia nouit.

Hic luto fictos homines reludit,  
Hic aquis sub Deucalione mersos,  
Saneos hic aruicolas reformat

Auspice Pyrrha.

Ille Ladeo memorans ab uno,  
Num bello capit, ille Thebas  
Mutuas fratrum simulat duorum

Cæde cadentes.

Fabulae viuunt & agunt, loquuntur;  
Quidquid vnguam vixit, ibi resurgit,  
Insuper qua nulla fuere, frustra

Viuere cogunt.

Atibus iussis agitata ludunt,  
Bruta sentiunt & habent loquelas,  
Affus humanus facie ferina

Degenerat se.

Instruit scenas imitando gesta  
Horrido persona tremenda vultus,  
Ata verbis verbaq; dicit actis

Consimilare.

Hic tragedias licuit videre  
Omnium de tempore sacerdorum,  
Si quid admirabile bella seu pax

Egit in orbe.

Arbitrus sedit populo Quiritum  
Exhibens spectacula digna Cæsar,

f

Filio

*Filio conforte throni, paternum  
Nomen habente.*

*Quod vrbis in summo tunc flore fuerit, & quantam  
nificantia princeps currus, equos & elephantes sur-  
nasque dederit ac bestias.*

**ODE DICOLOS DISTROPHOS. PRIMVS  
versus GLYCONIVS, secundus Ascliapiadeus.**

**S**ic te Roma potens Tibri,  
Sic patres gemini lucis Apostoli,  
Redorq,\* regat pater,  
Sic cunctis alijs iura ferat pia  
Clavis, qua tibi creditis  
Debes Ecclesijs æthera pandere,  
Sic sedem videas tuam  
Cula sydereal limina claudere,  
Ut nunquam similis tibi

\* In autogra-  
pho hoc scholi-  
um ore scri-  
ptum erat Re-  
gnantibus Phi-  
lippis, iuxta Eu-  
sebium & Isido-  
rum & Aug. de  
Ciu. Dei, mille.  
simus annus Ro-  
manæ vrbis im-  
pletus est. Pri-  
mo autem an-  
no Philippi na-  
tus est beatus Qui  
ximus, XXVII. a  
tatis anno pas-

\* Quod si canicies mera  
Ex in lustra seni ter duodena dat,  
Iam calo licet alteras  
Ducas millestas, par nihil afferas.  
Primis extima viceras,  
Regni flos abiit non reuocabilis,  
Quanam rite canat lyra  
Augustalis honos quale dedit decus?  
Quanta munificentia  
Implerit theatrum gaudia principis?  
Qui quò religiosior  
Existebat, eò magnificentior